Omitte quid in cassum laboras; et supra petram ut aiunt seris; sed cum
multa mihi ista suaderent nulli adquiescendum putabam; spero enim
ut mecum ipse confero xpi di nostri clementia faciente litteras aliquid
profuturas; sin autem id quod abhorret ex uotis fuerit consecutum pro
bis tamen non mediocriter consulemus silentiae crimen uitare potue
rimus; neque his quibus mos est peragrare totum nauibus fretum peio
res esse credimus qui quotiens uiderint eiusdem artificis disciplinam
naui fluctibus mersa aut uentorum impetu dissaluta incumbentis ali
cuius tabule pelago seuiente differri uela deponunt et anchoras iaciunt
et minore per nauiculae remigiis occupant et homines alias fortassis ignotos;
sed ex praesentis periculi conditione noscendos omnibus modis seruare
festinant; Uerum si illi forte respuerint salutis auxilium nullus his credo
poterit inputare eorundem perditionem; quas euoluisse manifestum est
seruare perituros; haec a nobis transmissa perspicies; speramus autem quod
etiam inuicem nobis uotiua referuntur et quod iterato te sancto atque feli
cis saluatoris discipulorum choro uidebimus adgregatum; Incolomem
te sanitate que uera est citius recipiamus orationibus sanctorum; Omnia iam
cum caput siqua etiam perniciosis sensibus tuis memoria nostri est neque ab
archano pectoris tui expulisti dignare rescribere; Non enim ambigis ex lit
teris tuis maximum nobis gaudium esse uenturum amen;

EXPLICIT AD THEODORUM MONACUM;

# INCIPIT DE MILITIA SPIRITALI ·XXXI·

Bona quidem sunt et utilia regis ad eos qui in imperio eius
subiecti sunt legum statuta; sed maiora et augustiora illa
praecepta sunt quae militantibus obseruanda didice
rint; at ergo nunc ad militiam spiritalem caelestis regis manda
ta praedicantibus nobis diligenter adtendat omnis qui magne
et supne dignitatis est cupidus; et qui semper xpo adstare deside

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0256